



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

LXXVI. Gegenrevers des Erzbischofs Rudolph von Magdeburg, wegen
Verkaufs der Grafschaft Seehausen, vom 13. Juni 1257.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

tibus protestamur, quod nos, accedente Capituli nostri consensu et precipue Hermanni Prepositi, Wickeri Decani, Burchardi vicedomini, Cononis de Diepholt, nobis a toto Capitulo ad hoc specialiter deputatorum, quod bona fide, dum a venerabili patre domino Rodolpho Archiepiscopo Magdeburgensi fuerimus requisiti, cooperari debemus eidem, qualiter a venerabili patre domino nostro Archiepiscopo Moguntino facti nostri, videlicet quod Comeciam in Sehufen vendidimus Ecclesie Magdeburgensi, benignum prebere dignetur assensum (sic). Sentencias eciam, quas iam tulimus vel necessitate cogente ferre in posterum nos oportet, pro negotio Comicie, in Marchiones Brandenburgenses vel in alios quoscunque detentores iniustos, non debemus aliquatenus relaxare, nisi domini Archiepiscopi Magdeburgensis et Capituli sui uoluntas accedat. Seruabimus eciam sentencias, si quas dominus Archiepiscopus tulerit in negotio memorato, ita quod eas non relaxet absque nostro consensu. Renunciamus eciam omni accioni, si que nobis competere posset, vel si quis de nostro Collegio, oblitus salutis sue, videlicet fidei date et privilegiorum Ecclesie nostre, aliquid noui suscitare uellet, per quod factum Comicie turbari posset, tali nullum prebeamus assensum, imo ei resistere uolumus manifeste. Unde ad omnia iam dicta nos cum nostro Capitulo domino Magdeburgensi Archiepiscopo et suo Capitulo obligauimus fide data. Et ne cuiquam futuris temporibus veniant in dubium, presentem super eo literam nostro et Capituli nostri Sigillis fecimus roborari. Testes huius sunt Hermannus prepositus Halberstadenfis, Wickerus Decanus, Burchardus vicedominus, Conradus de Sternberg, Albertus de Arnestein Prepositus, Heinricus de Gronenberg, Wernherus de Godenburg, Borchardus de Querenuorde, Canonici Magdeburgenses, Et Laici nobiles viri, Comes Sifridus de Blanckenburg, Burchardus Burchgrauus de Querenuorde, Otto de Hademersfleue, Geuehardus de Gronenberg, Volradus de Cranicvelde, frater Domini Episcopi Halberstadenfis, Heinricus de Aliffleue Dapifer, Gerhardus de Wederden, Ludeco de Elbecke, Gerhardus de Repechowe, Erenfridus de Giuekenstein, Heidenricus Camerarius de Seburg, Arnoldus de Steckelenberg et alii quam plures Clerici et Laici. Actum in Quidelingeburg in domo fratrum minorum, Anno graciae millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Septimo, Idus Junii, Pontificatus nostri anno Secundo.

Nach dem Originale des R. Provinzial-Archives zu Magdeburg. Vgl. Abdrücke bei Ludewig, Reliquiae Manusc. II, 230 und in Poyßen. hist. Magazin III, 22. 23. Königs Spicileg. ecclesiast. cont. I, 281.

LXXVI. Gegenrevers des Erzbischofs Rudolph von Magdeburg, wegen Verkaufs der Grafschaft Seehausen, vom 13. Juni 1257.

Rodolphus, Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, omnibus presentem literam inspecturis salutem in cristo. Racionis existit, preterea bona et laudabilis optinuit consuetudo, ut ea, que rationabiliter ordinantur et rite, ita consignentur scriptis authenticis in presenti, ut dum transferit labilis presens etas, de rite peractis plene expediri ua-

leant in posterum dubitantes. Nouerint sane inspectores presencium vniuersi, quod, cum inter nos et Ecclesiam nostram ex una et Venerabilem patrem dominum Volradum Episcopum Halberstadensem et suum Capitulum ex parte altera, esset plenarie terminatum, quod Comiciam in Sehufen cum attinenciis aliis pro quatuor Milibus marcis et quingentis marcis examinati argenti comparassemus ab Episcopo et Ecclesia nominatis, in Contractu eodem exstitit condictum et ordinatum hoc modo, uidelicet quod nos et Ecclesia nostra in restaurum Castrum Aluenfleue, quod Marchiones Brandeburgenles ab Ecclesia Halberstadenli retroactis temporibus tenuerunt, tradere et donare debemus, immo donauimus, castrum Arnelberg Ecclesie Halberstadenli, proprietatis titulo perpetuo possidendum. Insuper in compensationem duorum Castrorum Aluenfleue, Episcopi uidelicet et eius, quod fuit quondam de Aluenfleue Geuehardi, et Castelli Hackenstede et officii adiacentis, quod Episcopus et Capitulum Halberstad. nobis et ecclesie nostre in proprietate dederunt, tradimus et donamus eidem proprietatis titulo Castrum Clettenberg cum redditibus Centum marcarum infeudatarum argenti. Hanc Compensationem et donacionem tam ex parte domini Episcopi et Capituli predictorum, quam ex parte nostra et Capituli nostri, rite et rationabiliter ordinatam presentibus apertissime protestamur, et ne super nostro et Capituli nostri consensu in hoc facto unquam dubium aliquod ualeat suscitari, hanc literam in perpetuum testimonium huius facti, nostri et capituli nostri sigillorum appensionibus fecimus sigillari. Actum in Quedlingeburg in domo fratrum minorum, Anno gracia millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, Idus Junii, pontificatus nostri anno Quarto, Cum subscriptionibus testium, qui sunt hii: Hermannus prepositus Halberstadenlis, Wickerus decanus, Burchardus uicedominus, Cono de Diepholt, Hermannus de Cruceburg scholasticus, canonici Halberstadenles, Ropertus decanus, Wernerus uicedominus, Cunradus de Sternberg, Albertus de Arnelstein prepositus, Henricus de Gronenberg, Wernherus de Godenburg, Burchardus de Quernuorde, canonici Magdeburgenses, et Laici Nobiles uiri comes Sifridus de Blankenburg, Burchardus Burggrauus de Quernuorde, Otto de Hademerfleue, Geuehardus de Gronenberg, Volradus de Cranikuelde Frater episcopi Halberstadenlis, Henricus de Alifleue dapifer, Gerhardus de Wederden, Ludeko de Esbeke, Gerhardus de Repechoe, Erenfridus de Giuekenstein, Heidenricus de Seburg camerarius, Arnoldus de Steckelenberg, Bertoldus de Graphorft, Hildebrandus de Bertenfleue, Conradus de Sehufen, Halto de Hartbeke, Thiedericus de Gaterfleue, Johannes de Berge, Johannes de Lindowe. Insuper interfuerunt nobiles uiri comes Fridericus de Kerberge, Wernherus de Scherenbeke et alii quam plures Clerici et Laici interfuerunt.

Nach dem Originale des K. Provinzial-Archives zu Magdeburg. — Fehlerhafte Abdrücke dieser Urkunde bei Ludwig, Reliqu. Mspt. VII, 494. Pfeffinger, Braunsch. Lüneb. Hist. I, 683. Walter Singular. Magd. IV, 73 und Erath, Cod. Quedl. p. 209.